nec non auri, argenti, Clenodiorum, uestium, uestimentor[um]

Stanni, Cupri, orichalici, pecorum pecudum, Equorum Equi:

res, ac totius suppellectilis domesticae, nunc habitae, in et post

habendae, in quacunq[ue] materia et forma existen[tium] dedit dotauit,

dotaliciauit, inscripsit et reformauit, prout dat dotat inscri

bit dotalitiat, et reformat praesentibus per ips[um] Illem Fen:

nam Dobranska, Consortem suam, Etiam eiusq[ue] posteros

eand[e]m medietatem bonorum, suprascriptorum generaliter omniu[m]

cum uniuersis utilitatibus et usufructibus, competentiaq[ue] et

praerogatiua quauis tenendi, habendi et possidendi, illisq[ue]

quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suo

rum Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter

conuertendi, uigore ac more aliarum Reformationum haere

nus et dictius in Regno obseruari solitarum

Zadurski Humnickiemu Debet. 205

Comparens personaliter coram Officio actisq[ue] praesentibus Castrensi

bus Capitan[ealibus] Praemislien[sibus] Gnosus Mathias Albertus Za:

durski Marschalcus Terrae Crsanensis, Magni Ducatus Li

tuaniae sanus mente a Terris districtibus, Iuris Iurisdic

tionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus rece:

dendo, praesenti uero Castren[si] Capitan[eali] Praemyslien[si] Juris:

dictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus

ac bonis

1444

ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subjiciendo, palam publice ac per expressum recognovit, Quia ipso Gnoso Josepho de Hlumska Hunnicki eiusque posteris Summam Trium millium florenorum Polonicalium certi veri iusti, et liquidi debiti mutuatique per se Recognitorem pecuniis, quemlibet florenum grossis triginta Polonicalibus computando et numerando teneretur atque deberet. Quam quidem Summam Trium Millium floren. Polon. idem Recognitor se ac suos Successores praefato Creditori suo eiusque posteris, in et super bonis suis generaliter omnibus suisque quibusvis pecuniis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, hinc pro die et Festo Sanctorum Trium Regum, in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo primo proxime venturo, dare solvere, et numerare, et coram Officio praesenti Castrensi Capitaneali Premisliensi reponere et relinquere, repositamque et relictam eandem Summam rursus ab Officio praesenti non efficere iubere, nec arestare, vel quovis alio modo solutionem eiusdem Summae impugnare et impedire, atque sub Vadio Similis Summae Trium millium florenorum Polonicalium, per eundem Recognitorem vel eius posteros, praefato Creditori suo, aut eius Successoribus ob non solutionem eiusdem Summae realiter debitae, pro tempore et loco supra expresso ad solvendum succumbendo, pro quo quidem vadio, modo praemisso ad solvendum succubito Summaque ipsa et principali non soluta solvenda, Statutis excus

mirates

memoratus Recognoscens Generosus Mathias Zadurski, Marschalcus Terrae Orsanensis, magni Ducatus Lithuaniae, cum suis posteris Ad Instantiam suprascripti Generosi Josephi Stumnicki Creditoris sui, aut eius Successorum, ad Officium praesens Castrense Praemysliense, extunc, recessu suprascripto quo ad respondendum spectat, mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, Iudicium protractum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebunt et tenebuntur, sese ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt, et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes inde consequentes Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios verâ infirmitate pro maiori minorennitate, Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictionem vel alijs quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem, praeterea ultra primos Officij praesentis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione, Terri bello Conventioneque et alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Chrzastowsky